

De Antepredicamentis.

79

ἑναρτην vox *significativa*, sive nomen sit, sive
verbum, sic e. g. *Fero* est nomen commune, &
æquivoce sumitur, modò prout idem est ac
porto, modò prout idem est ac *dico*.

12. Æquivoca (2.) sunt vel casu vel con-
silio.

13. Æquivoca casu sunt quæ ita idem ha-
bent nomen, ut nulla possit dari ratio, cur
habeant, sic vermis quidam dicitur *eruca*,
& herba dicitur *eruca*, adeoque idem habent
nomen, ut nulla possit dari ratio, cur habe-
ant.

14. Æquivoca consilio sunt, quæ idem
habent nomen ita, ut possit dari ratio, cur
habeant, e. g. *homo vivus* & *homo pictus*,
sunt æquivoca consilio, quia habent idem
nomen *HOMO*, sed ita, ut possit dari ra-
tio aliqua, quia scil. aliquam habent simili-
tudinem.

14. Æquivoca consilio juxta *Armon.* in quæ
z. c. iterum varia sunt, alia enim juxta *Telelus*
ipsum sunt à memoria, ut cum quis fi-
lium suum majorum nomine vocaverit,
filius & majores quia idem tantum no-
men habent, sunt æquivoca, & quidem
à memoria, filio enim nomen illud ob
memoriam majorum imponitur; alia
æqui-